

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio XXVI. De paßionibus animæ in speciali.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

## QVAEST. XVI.

### ARTICVLVS I.

**S**uber quæst. vigesimæ  
maquine , articu-  
lam quartum.

**I**n ar. 4. ciudē q.  
ut refolute scias ,  
& praferas primam  
illarum quatuor pa-  
sonum colligito, p.  
ad 3. Et q.  
ad 12. art. 1. ad  
r. 8c. q. 14. et  
ar. 7. ad 3. &  
ueri. q. 16. ar  
tic. 5. &  
c. 3. 7. 8. &  
g. 10. 11.

**INF.** q. 8. 4. 2.  
4. ad 3. Et q.  
12. art. 1. ad  
r. 8c. q. 14. et  
ar. 7. ad 3. &  
ueri. q. 16. ar  
tic. 5. &  
c. 3. 7. 8. &  
g. 10. 11.

Merr. ult. in  
fin.

c. 5. com. 5.

**V**trum iste sint quatuor principales pa-  
siones, gaudium, tristitia, spes,  
& timor.

**A**d QVARTVM sic procedit.  
Videt, quod non sint iste  
quatuor principales pas-  
siones, gaudium & tristitia, spes  
& timor. Aug. in 14.\* de cuius Dei,  
non ponit spem, sed cupiditatē loco eius.

**T**2 Præt. In passionibus animæ  
est duplex ordo, s intentionis, &  
consecutionis seu generationis.  
Aut ergo principales passiones  
accipiuntur secundum ordinem  
intentionis, & sicut tantum gaudiū  
& tristitia, quæ sunt finales, erunt  
principales passiones: aut secun-  
dum ordinem consecutionis .  
seu generationis: & sic erit amor  
principalis passio. nullo ergo mo-  
do debent dici quatuor passio-  
nes iste principales, gaudium &  
tristitia, spes & timor.

**T**3 Præt. Sicut audacia causatur  
ex spe, ita timor ex desperatione,  
aut ergo spes & desperatione debet  
poni principales passiones tan-  
quam cause, aut spes, & audacia  
tanquam sibi ipsi assines.

**S**ED CONTRA est illud, quod  
Boet. in li. de consol. enumerans  
quatuor principales passiones, di-  
cit, Gaudia pelle, pelle timorem .  
spemque fugato, nec dolorad sit.

**R**ESPON. Dicendum, quod hæ quatuor passio-  
nes communiter principales esse dicuntur, quarum  
duæ, scilicet gaudium & tristitia, principales dicun-  
tur, quia sunt completiæ & finales simpliciter respe-  
ctu omnium passionum, vñ ad omnes passiones con-  
sequuntur, ut dicitur in 2.\* Eth. Timor autem & spes  
sunt principales, non quidem quasi completiæ sim-  
pliciter, sed quia sunt completiæ in genere motus  
appetitiū ad aliquid. Nam respectu boni incipit mo-  
tus in amore, & procedit in desiderium, & termina-  
tur in spe: respectu uero mali incipit in odio, & pro-  
cedit ad fugam & terminatur in timore. Et ideo sol-  
let harum quatuor passionum numerus accipi secundum  
differentiam presentis, & futuri: motus enim  
respicit futurum, sed quies est in aliquo praesenti .  
De bono igitur presenti est gaudium, de malo pse-  
nti est tristitia, de bono futuro est spes, de malo fu-  
turo est timor: omnes autem aliae passiones, quæ sunt  
de bono uel de malo, praesenti, uel futuro, ad has  
completive reducuntur. Vnde etiam a quibusdam  
dicuntur principales hæ prædictæ quatuor passiones,  
quia sunt generales: quod quidem uerum est, si  
spes & timor designant motum appetitus commu-  
niter tendentem in aliud appetendum, uel fugien-  
dum.

**A**d PRIMVM ergo dicendum, q. Aug. ponit de-  
siderium, cupiditatem loco spei, in quantum ad  
idem pertinere uidentur, id est, ad bonum fu-  
turi.

**A**d SECUNDVM Dicendum, q. passiones istæ  
dicuntur principales secundum ordinem intentionis,  
& complemeti. Et quis timor & spes non sunt ultimæ

passiones simpliciter, tñ sunt ultimæ in genere passio-  
num tendentium in aliud, quasi in futurum: nec po-  
test esse instantia, nisi de ira, que tamen non potest po-  
ni principalis passio, quia est quidam effectus audacie,  
qua non potest esse passio principalis, ut \* infra dñ.

**A**d TERTIVM dicendum, quod desperatio im-  
portat recessum a bono, quod est quasi per accidens:  
& audacia importat accessum ad malum, quod etiam  
est per accidens, ideo hæ passiones non possunt esse  
principales: quia quod est per accidens, non potest  
dici principale: & sic est nec ita potest dici passio princi-  
palis, que consequitur audaciam.

### QV AEST IO XXVI.

*De passionibus animæ in speciali, & primo de amore,  
in quatuor articulos diuisa.*

**O**NSEVENTER considerandum est de pa-  
sionib. animæ in speciali. Et primò, de pa-  
sionibus concupisibilis. Secundò, de pa-  
sionibus irascibilis.

**P**rima consideratio est tripartita. Nam primò co-  
siderabimus de amore, & odio. Secundò, de concupi-  
scientia, & fuga. Tertiò, de delectatione, & tristitia.

**C**irca amorem consideranda sunt tria.

**P**rimò, de ipso amore. Secundò, de causa amoris.

Tertiò, de effectibus eius.

**C**IRCA primum queruntur quatuor.

**P**rimò, Vtrum amor sit in concupisibili.

**S**econdò, Vtrum amor sit passio.

**T**ertiò, Vtrum amor sit idem quod dilectio.

**Q**uartò, Vtrum amor conuenienter dividatur in

amorem amicitia, & in amorem concupiscentia.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum amor sit in concupisibili.*

**A**d PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod  
amor non sit in concupisibili. Dicitur. n. Sap. 8. Hanc, scilicet sapientiam, amauit, & exquisi a iuu-  
tute meas, sed concupisibilis, cum sit pars appetitus

sensiui, non potest tñdere in sapientiam, q. non co-  
prehendit sensu, ergo amor non est in concupisibili.

**P**ret. Amor uidetur eē idem cuilibet passioni. Dicit enim Aug. in 14.\* De ciuit. Dei. Amor in hiis tom. 4.

habere quod amat, cupiditas est: id autem habens  
coque fruens, letitia: & fugiens quod ei aduersatur,  
timor est: idque si acciderit sentiens, tristitia est: sed  
non omnis passio est in concupisibili, sed timor est

hic enumeratur in irascibili: ergo non est simpliciter dicendum, q. amor sit in concupisibili.

**P**rat. Dion. in c. 4. de diu. no. ponit quandam amo-  
rem in naturalem: sed amor naturalis magis uide-  
tur pertinere ad uires naturales, quæ sunt aitæ negeta  
bilis: ergo amor non simpliciter est in concupisibili.

**S**ED CONTRA, est quod Philosphus dicit in 2.\* Topicorum, q. amor est in concupisibili.

**R**ESPON. Dicendum, quod amor est aliqd ad  
appetitū ptenis, cùm utriusque obiectum sit bonū: unde secundum differentiam appetitus, est differen-  
tia amoris. Est enim quidam appetitus non consequens  
apprehensionem ipsius appetentis, sed alterius. & hu-  
iu[m]oq[ue] dicitur appetitus naturalis. Res enim natu-  
rales appetit qd[e]c[u]is conuenit secundum suā naturā,  
non per apprehensionem propriam, sed per appre-  
hensionem instituentis naturam, utin. libr. \* dictum  
est. Alius autem est appetitus consequens appre-  
hensionem.

D. 105.  
D. 979.

henzionem ipsius appetentis, sed ex necessitate, non ex iudicio libero: & talis est appetitus sensitivus in brutis, qui tamē in hominibus aliquid libertatis participat, in quantum obedit rationi. Alius autem est appetitus consequens apprehensionem appetentis secundum liberum iudicium, & talis est appetitus rationalis, sive intellectivus, qui dicitur uoluntas. In unoquoque autem horum appetituum amor dicitur illud, quod est principium motus tendentis in finem amatum: in appetitu autem naturali principium huiusmodi motus est connaturalitas appetentis ad id, in quod tendit, quæ dici potest amor naturalis: sicut ipsa connaturalitas corporis gravis ad locum medium est per gravitatem, & potest dici amor naturalis. Et similiter aptatio appetitus sensitivus, uel uoluntatis ad aliquod bonum, i. ipsa complacencia boni, dicitur amor sensitivus, uel intellectivus rationalis. Amor igitur sensitivus est in appetitu sensitivo, sicut amor intellectivus in intellectivo appetitu, & pertinet ad concupiscibilem: quia dicitur per respectum ad bonum absolute, nō per respectum ad ardorem, quod est obiectum irascibilis.

AD PRIMVM ergo dicendum, q[uod] auctoritas illa loquitur de amore intellectivo, uel rationali.

AD SECUNDVM dicendum, quod amor dicitur esse timor, gaudium, cupiditas, & tristitia, non quidē essentialiter, sed causaliter.

AD TERTIUM dicendum, q[uod] amor naturalis non solum est in uiribus animæ vegetatiæ, sed in omnibus potentissimis anima, & est in omnibus partibus corporis, & uniuersaliter in omnibus rebus: quia, ut Dion. dicit 4.c.\* De diu. nom. Omnibus est pulchrum, & bonum amabile, cum unaquæque res habeat connaturalitatem ad id, q[uod] est sibi conueniens in suâ naturâ.

## ARTICVLVS II.

Vtrum amor sit passio.

Inf. ar. 1. ad 3. & 4. 2. 2. & 3. ad 1. c. 4. in pat. 1. declinatio ad finem. 8. etiam par. 8. 2. Et mo. 8. arcu. 3. & 3. deu. 10. 2. ma. le. 3. \*cap. 22. c. 5. parum 2. medius. 10. 2. tenuis. 10. 2.

**A** D SECUNDVM sic proceditur. Vñ, q[uod] amor non sit passio. Nulla n. uirtus, passio est: sed omnis amor est uirtus quædam, ut dicit Dio. 4.c. \* de diu. no. ergo amor non est passio.

¶ Præt. Amor est unio quædam, uel nexus, secundū Aug. in li. de Trin. sed unio, uel nexus non est passio, sed magis relatio, ergo anior non est passio.

¶ Præt. \* Damas. dicit in lib. 2. q[uod] passio est motus quædam: amor autem non importat motum appetitus, qui est desiderium, sed principium huiusmodi motus. ergo amor non est passio.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 8.\* Ethic. quod amor est passio.

RESPON. Dicendum, quod passio est effectus agentis in paciente. agens autem naturale duplum effectum inducit in patiens. Nam primo quidē dat formam, secundo dat motum consequentem formâ: sicut generans dat corpori grauitatem, & motum consequentem ipsam. Et ipsa grauitas, quæ est principium motus ad locum connaturalē, propter grauitatem potest quodammodo dici amor naturalis: sic etiam ipsum appetibile dat appetitu primo quidem quædam coaptationem ad ipsum, quæ est quædam complacencia appetibilis, ex qua sequitur motus ad appetibilem. Nā appetitius motus circulo agitur, ut dicitur in 3. de\* anima. Appetibile enim mouet appetitum, faciens quodammodo in eo eius intentionem: & appetitus tendit in appetibile realiter consequendum, ut sit ibi finis motus, ubi fuit principiū. Prima ergo immutatio appetitus ab appetibili, uo-

A catur amor, qui nihil est aliud quædam complacencia appetibilis: & ex hac complacencia sequitur motus in appetibile, qui est desideriu, & ultimo quies, quæ est gaudium. Sic ergo cùm amor consit in quadâ immutatione appetitus ab appetibili, manifestu est, q[uod] amor est passio, proprie quidem secundum quod est in concupiscibili, communiter autem & extenso nomine, secundum quod est in uoluntate.

AD PRIMVM ergo dicendum, q[uod] quia uirtus significat principium motus, vel actionis: ideo amor in quantum est principium appetitiu motus, a \* Dio. uocatur virtus.

AD SECUNDVM dicendum, quod a unio pertinet ad amorem in quantum per complacenciam appetitus amans se habet ad id, quod amat, sicut ad seipsum, uel ad aliquid sui. & sic patet, quod amor non est ipsa relatio unionis, sed unio est consequens amorem. unde & \* Dionys. dicit quod amor est uirtus unitiva. Et Philosophus dicit in 2. \* Politicæ, quod unio est opus amoris.

AD TERTIUM dicendum, quod amor est nō nominat motum appetitus tendentem in appetibile, nominat tamen motum appetitus, quo immutatur ab appetibili, ut ei appetibile complaceat.

## ARTICVLVS III.

Vtrum amor sit idem quod dilectio.

**A** D TERTIUM sic procedit. Videatur, quod amor sit idem quod dilectio. Dion. enim 4.c. de\* diu. nom. dicit, quod hoc modo se habent amor & dilectio, sicut quartuor & bis duo, rectilineum & rectas habens lineas, sed ista significant idem. ergo amor & dilectio significant idem:

¶ 2. Præt. Appetitui motus secundū obiecta differunt, sed id est obiectū dilectionis, & amoris. ergo sūr idem.

¶ 3. Præt. Si dilectio & amor in aliquo differunt, maxime in hoc differre videtur, quod dilectio sit in bono, accipienda, amor autem in malo, ut quidam differunt, secundum quod Aug. narrat in 14. de\* ciuit. Dei. sed hoc modo non differunt, quia, ut ibidem \* Aug. dicit, in sacrâ scripturâ utrumque accipitur in bono, & in malo. ergo amor & dilectio non differunt, sicut ipse Aug. ibidem concludit, quod non est aliud amorem dicere, & aliud dilectionem dicere.

SED CONTRA est, quod Dio. dicit 4.c. de\* diu. no. quod quibusdam sanctorum uisum est diuinus est nomen amoris, quædam nomen dilectionis.

RESPON. Dicendum, quod quartuor nomina inueniuntur ad idem quodammodo pertinentia, scilicet amor, dilectio, charitas, & amicitia. Differunt tamen in hoc, quod amicitia secundū Philosophum in 8.\* Ethic. est quasi habitus: amor autem & dilectio significantur per modum actus, uel passionis: charitas autem utroque modo accipi potest, differenter tamen significatur actus per ista tria: nam amor cōmunius inter ea est. omnis. n. amor dilectio est, uel charitas, sed non econuerso: addit enim dilectio supra amorem, electionem precedentem, ut ipsum nomen sonat. unde dilectio non est in concupiscibili, sed in uoluntate tantum, & est in sola rationali natura: charitas autem addit supra amorem perfectionem quædam amoris, inquit, id quod amatur, magni pretii estimatur, ut ipsum nomen designat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Dionys. loquitur de amore, & dilectione secundum quod sunt in appetitu intellectivo; sic enim amor idem est quod dilectio.

c. 4. par. 4. de  
diu. no. in  
principio.  
D. 105.

\* p. 4. de  
diu. no. in  
par. 2. & in  
pr. 1. deali-  
nande ad si-  
nem.  
li. 2. polit. c.  
2. a. med. t. 5.

c. 7. ante me-  
diū.  
li. 14. de ciu.  
¶ c. 7. t. 3.

In r. par. cir-  
ca medium  
& fin.

c. 5. parum 2.  
medio. 10. 5.

## QVAEST. XXVII.

**A**D SECUNDVM dicendum, quod obiectum amoris est communius quam obiectum dilectionis, quia ad plura se extendit amor quam dilectio, sicut \*

In corp. ar. c. 7. & p. li. 14. de civit. Dei 10. 5.

**A**D III. dicendum, quod non differunt amor, & dilectio secundum differentiam boni, & mali, sed si cut \* dictum est, in parte tamen intellectiva, idem est amor & dilectio: & sic loquitur ibi\* Aug. de amo re secunde parum post subdit, quod recta voluntas est amor bonus, & quod peruersa voluntas est malus amor: quia tamen amor, qui est passio concupisibilis, plurimos inclinat ad malum, inde habuerunt occasionem, qui praedictam differentiam assignauerunt.

**A**D IV. dicendum, quod id aliqui posuerunt et in ipsa voluntate, nomen amoris esse diuinus nomine dilectionis, quia amor importat quandam passionem, praecipue secundum quod est in appetitu sensitivo: dilectio autem presupponit iudicium rationis: magis autem in Deum homo potest tendere per amorem passiuè quodammodo ab ipso Deo attractus, quam ad hoc eum propria ratio possit ducere, quod pertinet ad rationem dilectionis, ut \* dictum est: & propter hoc, diuinus est amor quam dilectio.

**¶ Super quaest. nigisti-  
me sexta Articulum  
quartum.**

**I**N quaestione uigimafexa, omisisti primis tribus articulis, in quo hoc solum adiuvare, quod dicitur ad art. 3. & mai. similitio amoris in amorem amicitiae & & veri. q. 4. concupiscentiae non art. 3. & Dio. 4. ill. 9. & 10. & Io. 15. le. 8. Eth. ca. 3. to. 5. & c. r. a med. to. 5.

**E**. 2. parum  
an me. to. i.  
c. 11. a me.  
il ius. to. 5.  
e. 4. in prin.  
to. 6.

uel sibi, vel alii, & in illud, cui uult bonum. Ad illud ergo bonum quis uult alteri, habetur amor concupiscentiae; ad illud autem, cui aliquis uult bonum, habetur amor amicitiae; hec autem diuinus est secundum prius & posterius. Nam id quod amatur amore amicitiae, simpliciter & per se amatur: quod autem amatur amore concupiscentiae, non si simpliciter & secundum se amatur, sed amatur alteri. Sicut enim ens per se simpliciter est, quod habet esse; ens autem secundum quid, quod est in alio sita & bonum, quod convertitur cum ente, simpliciter quidem est quod ipsum habet bonitatem. Quod autem est bonum alterius, est bonum secundum quid, & per consequens amor, quo amatur aliquid ut ei sit bonum, est amor simpliciter: amor autem, quo amatur aliquid ut sit bonum alterius, est amor secundum quid.

**A**D PRIMUM ergo dicendum, quod amor non diuiditur per amicitiam, & concupiscentiam, sed per amorem amicitiae & concupiscentiae. Nam ille proprius dicitur amicus, cui aliquod bonum uolumus; illud autem dicimus concupiscere, quo uolumus nobis, & per hoc patet solutio ad secundum.

**A**D TERTIUM dicendum, quod in amicitia, utilis & delectabilis, uult quidem aliquis aliquid bonum amico, & quantum ad hoc saluatibus ibi ratio amicitiae, sed quia illud bonum refert ulterius ad suam delectationem, & utilitatem; inde est, quod amicitia utilis & delectabilis, in quantum trahitur ad amorem concupiscentiae, deficit a ratione ueræ amicitiae.

## QVAESTIO XXVII.

*De causa amoris, in quatuor articulos diuina.*

**¶ Super questionis uigesima prima articulum primum.**

**V**trum amor conuenienter diuidatur in amorem amicitiae, & amorem concupiscentiae.

**A**D QVARTVM sic procedit. Videlicet amor inconuenienter diuidatur in amorem amicitiae & concupiscentiae. Amor non est passio, amicitaluerò est habitus, ut dicit Phil. in 8. Ethicorum: sed habitus non potest esse pars diuisuà passionis, ergo amor non conuenienter diuiditur in amorē concupiscentiae, & amorē amicitiae. ¶ 2 Præt. Nil hil diuiditur per id, quod ei cōnumeratur. Non enim homo connumeratur animali, sed concupiscentia connumerat amori, sicut alia passio ab amore. ergo amor non potest diuidi per concupiscentiam.

¶ 3 Præt. Secundum Philosoph. in 8. Eth. triplex est amicitia, utilitas, delectabilis, & honesta, sed amicitia utilis, & delectabilis hēt concupiscentiam. ergo concupiscentia non dēt diuidi cōtra amicitia.

**S**ED CONTRA. Quædam dicimus amare, quia ea concupisciunt, sicut dicitur aliquis amare uinum. K propter dulce, quod in eo concupiscit, ut dicitur in 2. Topico, sed ad uinum, & ad huiusmodi nos esse amores, sicut interpretare. & denominari amore quandoque a concupiscentia, quandoque ab amicitia facto, propter obiectum de quo est sermo, ut patet cū ē sermo de amore ad irrationalia, uel

**R**ESPON. Dicendum, quod sicut Philos dicit in 2. Rhetor. Amare est uelle alicui bonū. Sic ergo motus amoris in duo tendit. scilicet in bonum quod quis uult alicui,

delectabilia, uel utilia: in his enim a concupiscentia amor de nominatur, quia men non est sine amore amicitiae ad se, uel alium. Cum uero de amore parvum, aut filiorum, ab amicitia denominatio fit amoris, qui tamen eis concupiscit bonum utilia, &c.

**A**D PRIMUM ergo dicendum, quod amor non diuiditur per amicitiam, & concupiscentiam, sed per amorem amicitiae & concupiscentiae. Nam ille proprius dicitur amicus, cui aliquod bonum uolumus; illud autem dicimus concupiscere, quo uolumus nobis, & per hoc patet solutio ad secundum.

**A**D TERTIUM dicendum, quod in amicitia, utilis & delectabilis, uult quidem aliquis aliquid bonum amico, & quantum ad hoc saluatibus ibi ratio amicitiae, sed quia illud bonum refert ulterius ad suam delectationem, & utilitatem; inde est, quod amicitia utilis & delectabilis, in quantum trahitur ad amorem concupiscentiae, deficit a ratione ueræ amicitiae.

## QVAESTIO XXVII.

*De causa amoris, in quatuor articulos diuina.*

**¶ Super questionis uigesima prima articulum primum.**

**E**INDE considerandum est de causa amoris. ET CIRCA hoc quareuntur quatuor. ¶ Primo, Vtrum bonum sit causa amoris. ¶ Secundo, Vtrum cognitionis sit causa amoris. ¶ Tertio, Vtrum similitudo. ¶ Quartio, Vtrum aliqua alia anima passionis.

## ARTICULUS PRIMUS.

*Vtrum bonum sit sola causa amoris.*

**A**D PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod non solum bonum sit causa amoris. Bonum enim non est causa amoris, nisi qui amatur, sed continet etiam malum amari, secundum illud Psalm. decimo. Qui diligit iniquitatem, odit animam suam; alioquin omnis amor esset bonus. ergo non solum bonum est causa amoris.

**I**N corpore primi articuli questionis uigesima septima nota, quod q. 10. confitit in hoc. Bonum est proprium obiectum amoris: ergo est propria causa amoris. & probatur sequela: quia obiectum potentia passionis comparatur ad ipsum, ut causa motus uel actus ipsum: ac per hoc obiectum proprium talis actus huiusmodi potentia, est propria causa illius actus: amor autem est actus potentia appetitus, que est passio. Et his habes de mente diu Thomas Aquatorum, scilicet quod appetitua est passio: & quod obiectum eius est causa actus: & quod bonum effectus causa amorem: & quod uniuscetera, obiectum proprium cuiusque actus, appetitus est causa actus illius: quae multa